



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Otho Conf. 23. Martii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

R T.  
tūc  
ti;  
am  
ifi-  
ad  
re-  
M.  
V.  
  
ou-  
m-  
ella  
uti  
im  
iro  
&  
so  
m  
ue  
es-  
nā  
A-  
u-  
ec  
A-  
t,  
bi  
n  
a-  
-  
UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

23. M A R T. *Vita Sanctorum.* 173

stigavit tamen MATER MAGNA clientem suam, cùm præter Brigittæ matris & virorum Religiosorum volūtatem, patriam cogitaret. Visa est enim sibi CATHARINA inter mundi laborantis incendia frustra opem à VIRGINE rogare, nì Majorum voluntati pareret, & patriam cælo posthaberet. Mortua est pridie VIRGINIS ANNVTIATÆ, cùm plures annos quotidie animum confessione expiasset. Funus Ericus Rex suis humeris extulit, Cælum stellam legavit, quæ funus comitaretur. Miraris nobiles funeris curatores? Nobiliores anima habuit, Angelos. Ex Surio.

S. O T H O C O N F. 23. Martii.

Roma natus OTHO Palladi primam Ratatem devovit. A Pallade deinde ad Martem transiit, utroque propitio. Nam & literis excultus, & armis præstans Lothario Imp. cùm hic Innocentio III. Pont. contra Pseudopontificem auxilium ferret, ita volente, veteri Majorum gloriæ Equitis etiam titulos adjecit. Nimirum nulla adæquè calcaria virtutem extimulant, uti aurea. Quod tamen DEVIS sub suis signis militare vellet OTHONEM, ostēdit quæ mundus suis stipendia numeraret. Proinde pro Alexandre III. Pont. contra Frid. Imp. arma gerit, speratq; palmas &



174      *Vita Sanctorum.* 24. M A R T.

& triumphos, captivus carcerem ab  
hoc aufert & vincula. Adebat tamen D.  
Bernardus precibus vocatus, & dormi-  
entem ex hostium manibus non vano  
somnio educit. Squalor carceris & fa-  
mes longa alium vultum OTHONI in-  
duerant, ut facile omnes falleret, Liber  
ergo arma in se vertit, sibi bellum indi-  
xit. Locus castris metandis placuit Be-  
neventum inter & Asculum. Sed &  
propugnaculum ingens extruxit cel-  
lam humilem: tela preces erant: vul-  
nera ab hostili manu nulla, honestissi-  
ma à suâ manu tulit. Ita sese sub juga-  
to, Arianensium quoq; superstitionem  
aggressus expugnare, effecit, ut qui ad  
id tempus Iani bifrontis imaginē, quā  
publicis, quā privatis ædificiis præfige-  
bant, Christiani Christum potius præ se  
ferrent, quām Deos ridiculos. Iisdem  
imminentem ob scelera non modò ab  
Agarenis, sed Christianis etiam vastita-  
tem, & ruinam prædictis; cui tamen  
ipse morte subduxit sese. Ex Ferrar.

S. SIMON TRIDENTIN. M.  
24. Martii.

Terum hodie impietas odii suis san-  
guine innocentis litavit, & cùm Chri-  
sti non potuit amplius, Christiani certè  
sanguinem fudit crudelis. Tridentum  
tragœdiam spectavit. Egere Iudæi, &  
principem Christi personam SIMON  
fusti-